

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7195

Autre(s) référence(s) : Round 980

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1172-1178]

Lieu d'émission : Cherbourg

Action juridique : confirmation générale

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye de Saint-Sauveur.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Histoire du château et des sires de Saint-Sauveur-le-Vicomte*, Valognes, Martin, 1867, n° 53, p. 73-77.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DXV, t. 2, p. 75-79.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 980.

Dissertation critique

« 1172-1173 – 1178 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 75. Souscriptions de Richard du Hommet, mort en 1179 et de Jordain Taisson, mort en 1178 ; Henri II a repassé de Normandie en Angleterre en juillet 1178 et restait en Angleterre jusqu'au milieu d'avril 1180. Cet acte, qui porte la formule *Dei gratia*, n'est pas antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après b

H., *Dei gratia* rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue citra mare et ultra, salutem.

Sciatis quod ego habeo in manu et protectione mea, sicut meam dominicam, abbaciam Sancti Salvatoris de Constantino cum omnibus rebus et possessionibus eidem abbacie pertinentibus, sicut presens carta in subsequentibus declarat. Concedo etiam predicte abbacie et hac carta mea confirmo ut sit libera et quieta ab omnibus rebus, et per totam terram meam Anglie et Normannie quietantiam suam de omnibus rebus suis in civitatibus

et castellis et villis et nundinis et mercatis, et in portibus maris de pontagio apud Hantoniam et apud Sorham, et per totam terram suam le werec, et in omnibus aliis consuetudinibus. Similiter do eis pasnagium suum in omnibus nemoribus meis et haiis, et quicquid ego ipse eis dedi in perpetuam elemosinam concedo et confirmo, videlicet forum apud ecclesiam Sancte Marie de Podiis in die Veneris, et nundinas in die festi Sancti Georgii et in quarta feria Rogacionum. Item do et concedo bernagium et greveriam meam de Torgistorp et nundinas festi Sancti Michaelis, apud Sanctum Hermelandum nundinas in die festo ejusdem sancti, et capellam Sancti Leodegarii de Martreio cum terris et elemosinis eidem capelle pertinentibus, et nundinas in festo ejusdem sancti. Concedo etiam et confirmo ecclesias de feodo de Bruis, videlicet ecclesiam ejusdem ville cum capellis suis Sancti Petri, Sancti Dyonisii et Sancti Thome, et ecclesiam Sancte Marie de Covilla, et ecclesiam Sancti Martini le Girart, et ecclesiam Sancti Christofori cum pertinentiis suis. Concedo etiam et confirmo omnes ecclesias quas predicta abbatia tenet in insula de Gerseio, videlicet totam ecclesiam Sancti Broelarii cum quinque partibus decime et cum terris eidem ecclesie pertinentibus, totam ecclesiam Sancti Petri de Deserto cum medietate decime et terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus, [et in eadem parrochia, de dono Symonis de Haga, terram ad unum aratrum et terram quam dedit Rannulfus presbiter, totam ecclesiam Sancti Helerii cum medietate decime et cum terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus ;] totam ecclesiam Sancti Clementis cum quinque partibus decime et cum terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus ; et in eadem parrochia de dono Willelmi de Hasneriis unam minam frumenti ; totam ecclesiam Sancti Johannis de Quercubus cum capella Sancte Marie de Bona Nocte et terris et elemosinis ecclesie et capelle pertinentibus, et in eadem parrochia terram ad unum aratrum de dono Heudonis de Sotewast, quam tenent les Hordelluns, et in omnibus aliis ecclesiis ejusdem insule sextam partem garbarum. Concedo etiam et confirmo omnes donationes quas Rogerus vicecomes, qui eamdem incoavit abbatiam, et omnes ejus successores eidem abbacie fecerunt in ecclesiis, in decimis, in terris, in nemoribus, in aquis, in molendinis, in pratis, et in quibuscumque donariis eidem abbacie manum misericordie porrexerunt. De donatione autem predicti Rogeri hec sunt: in burgo Sancti Salvatoris donavit ecclesiam Sancti Johannis cum pertinentiis suis et unum molendinum cum tercia parte aque, et ducentas XL. acras terre in eadem villa, et quinque prata, unum inter virgultum et aquam, aliud pratum del Parc, et pratum de Valle Hosber, et pratum Souin et pratum camerarii, apud Haumaisnil duo prata, unum subter terram Vavassoris, aliud juxta maresc et tres piscarias in aqua que vocatur Unva ; decimam vero totius victus domus sue in pane, in carnibus, in piscibus, in volatilibus et in omnibus aliis rebus que ad cibum pertinent, decimam omnium reddituum ejusdem ville, molendini, telonei, nundinarum et furni, decimam de pasnagio omnium nemorum suorum et haiarum, et de venatione et de arietibus, de maresc et de venditione omnium nemorum, qualicumque modo vendantur, [et de bosco ad suum opus, scilicet ad suum ignem omne jacens viride et stans siccum et materiem ad suum herbergementum quantum eis convenit sicut ipse dominus habet, et ut porci monachorum in nemoribus et haiis cum porcis domini sui communem habeant pasturam], et decimam de piscariis [quas habebat in suo dominio, in aqua que vocatur Unva, et de aliis piscariis] quas homines de illo tenebant concessit abbacie et monachis usque ad eum locum qui vocatur Longa Racha, et ecclesiam Sancti Petri de Treauvilla cum decimis et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus, et unam acram terre que est in media villa, et totum locum tam in domibus quam in virgultis et ortis qui juxta eamdem ecclesiam situs est, et decimam molendinorum suorum in eadem villa existentium. [Item Gaufridus filius Willelmi in eadem villa dedit decimam unius molendini]. Dedit etiam Rogerus vicecomes predictae abbacie ecclesiam Sancti Germani de Direth cum pertinentiis suis, et in eadem parrochia unam vavassoriam terre, et dimidiam ecclesiam Sancte Marie de Podiis cum medietate decime, et terram Willelmi Floridi et feodum Hair[on], et ecclesiam de Hainevilla cum pertinentiis suis, et decimam unius molendini et dimidiam acram terre et vavassoriam quam tenet presbiter ; ecclesiam Sancti Martini de Gerovilla cum pertinentiis suis et duas vavassorias quas tenent Estricus et Folin. [Ecclesiam Sancte Marie de Valle Segie cum pertinentiis suis et quartam partem ejusdem ville cum quarta parte molendini, ecclesiam Sancti Johannis de Bosco cum pertinentiis suis, medietatem ecclesie Sancti Audoeni de Catevilla cum pertinentiis suis ;] ecclesiam Sancti Salvatoris de Petra Ponte cum pertinentiis suis et tres acras terre quas Malus Vicinus et fratres ejus dederunt ; ecclesiam Sancti Remigii [cum capella Sancti Christofori et cum pertinentiis suis ; ecclesiam Sancte Marie de Columba cum pertinentiis suis, et terram ad unum aratrum quam Rogerus camerarius dedit ; ecclesiam Sancti Stephani de Auvers cum pertinentiis suis ; ecclesiam Sancti Martini de Levilla cum pertinentiis suis, et sex acras terre ; duas partes ecclesie Sancti Hermelandi de Botevilla cum pertinentiis suis ; medietates ecclesiarum Sancti Martini de Fredevilla et Sancti Martini de Escallevilla cum pertinentiis suis, et in utraque villa terram ad unum aratrum]. Ecclesiam Sancti Hylarii de Buschervilla cum pertinentiis suis ; [ecclesiam Sancti Germani de Tornebusc cum pertinentiis suis, et vavassoriam terre quam presbiter tenet. In villa de Briquebosc XVII. vavassores et unum molendinum ; in Radulfi Villa terram unius militis quam Serlo Loher tenet et unam

vavasoriam quam Ricardus presbyter tenet, et aliam quam Salomon tenet]. Concedo etiam et confirmo dona que Willelmus Rogonis filius eidem abbacie fecit, videlicet totam terram quam habebat in Fontaneto juxta Vada, [et quicquid habebat in ecclesia ejusdem ville, et unam minam frumenti quam habebat in molendino de Warovilla, et in Haga terram quam tenebat de eo Willelmus Migellun]. Concedo et confirmo ecclesias Sancti Martini et Sancti Medardi de Goé [quas Gaufridus Juas et Rogerus de Magneville et Robertus de Dic predictae abbacie liberas et quiet dederunt cum decimis et terris et elemosinis eisdem ecclesiis pertinentibus. Concedo etiam et confirmo ecclesiam Sancti Michaelis de Salomonis Villa cum appenditiis suis, quam dedit Radulfus de Siffrewast, et in eadem villa medietatem unius molendini, et de dono Gaufridi de Sortoovilla et Johannis de Anslevilla ecclesiam Sancti Petri de Architeecclesia cum pertinentiis suis]. Concedo etiam et confirmo ecclesiam Sancte Marie de Hulmo, quam Helias de Agnis et Aelitz de Aubemara eidem abbacie dederunt cum appendiciis suis ; et ecclesiam Sancti Sansonis de Anslevilla cum appendiciis suis, quam Radulfus de Pirou et Willelmus Suen eidem abbacie dederunt. In Anglia, de dono Willelmi de Solariis, concedo et confirmo ecclesiam Omnium Sanctorum de Alingueham et capellam Sancte Marie cum appendiciis suis, et LXIII. acras terre et XX. prati. De dono Willelmi Filii Johannis capellam Sancte Margarite de Babintonia cum decimis et terris et elemosinis eidem capelle pertinentibus. Apud Porteseiam, de dono Balduini, ejusdem ville, sexaginta acras terre. Concedo etiam et confirmo donum quod Paganus de Wellebof fecit eidem abbacie, videlicet quicquid habebat in Nova Villa que est juxta Trincort in ecclesia et nemore et terris et molendino et prato, ut illud monachi predictae abbacie libere et quiete habeant. Concedo autem predictae abbacie et monachis ejusdem abbacie et hac carta mea confirmo omnes suprascriptas donationes in liberam et perpetuam elemosinam. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et predicti monachi omnia que eis tam a me quam ab aliis rationabiliter data sunt habeant et teneant cum omnibus pertinentiis suis bene et in pace, libere et quiete, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus hiis : Ricardo Constanciensi episcopo, Johanne Filio Luce, Jordano Taxon[is], Willelmo de Vernone, Ricardo de Haia, Hengugier de Bohun, Ricardo de Hum[etis], Hosber de Hosa.
Apud Cesaris Burgum.